Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De vita christiana - Cod. Aug. pap. 142

Guilelmus <Arvernus>

[Reichenau], [15. Jahrh.]

Inc.: Indicata et practica super cometam anno 1456 die sexta Junii hora sexta noctis [...]

urn:nbn:de:bsz:31-90922

Visual Library

Iudicata et pronunciata super cometa Anno a° mill° lvj die sexta Junii hora sexta noctis sequentis appa-rentis etc.

Ex precepto quorundam maiorum meorum decreui breuiter aliquid iudicare super isto cometa nouiter uiso. Et faciam quinque capitula. Primum quo vocatur ipsa cometa et in quo signo et loco uisus est. Secundum quid sit cometa et unde et qualiter causata sit. Tercium quid iudicare habeat. Quartum in quo loco et in qua parte mundi habeat operari suos effectus. Quintum et ultimum quantum durare habeat et quo tempore dabit iudicata per eum. Veniam ad primum incipiendo dico etc.

Quod anno Christi currente 1456 die 6ta Junii hora sexta noctis sequentis apparuit cometa que vocatur tenaculum secundum ptholomeum in 100° sui centilogii. Et eum uidi die 9a Junii hora sexta noctis vel 2 horis ante solis ortum qui in aurora disparuit et est complexione martis habens crines seu comam in modum fumi sulphurei. Et apparuit in dorso ymaginis que vocatur aliquis tenens habenas cuius est 20 gradu geminorum et est ymago septentrionalis habens 14 stellas quarum una lucida prime magnitudinis et est super sinistram spatulam et vocatur yrcus. Et alia 2e magnitudinis super spatulam dextram et 1 est 4e magnitudinis et due earum sunt 3e magnitudinis et due quinte magnitudinis et una 6e magnitudinis. Et omnes stelle istius ymaginis sunt de natura et complexione martis et mercurii. Et omnes iste stelle sunt in signo geminorum. Et sequitur dictum

cometa in signo thauri in quo erat mars et
venus Et apparuit prima nocte et stetit quasi in medio
inter greciam et septentrionem sed potius versus
greciam vz ad partem orientalem elevata ab ori-
zonte fere per 16 gradus vz cuius caput seu
cauda seu coma se extendens sursum versus locum
martis qui tunc reperiebatur in 11 gradu thauri et
movebatur per admotum diurnum firmamenti et de-
inde et applicacione martis et mercurii Et die
14a Junii apparuit post solis occasum versus marte
vz per ultra partem versus occidentem et iuxta orizonta
per 2as horas noctis Et hora quinta noctis iterum
apparuit in loco suo consueto sed notabiliter movendo
admotum diurnum firmamenti usque ad auroram et
ita tunc apparuit bis in nocte sed cottidie coma cuius
immorabatur sed semper cuius coma se extendebat
versus martem Et credo quod non multum apparebit quia
ille vapor qui magis ascendit ad regionem ignis Et tunc
mars veniet ad signum in quo apparet totaliter de-
struetur ille vapor et sic erit quando adpendicium vel Ed ad 27
Secundum autem quid sit iste cometa et unde et qualiter
sit causatus Dico quod iste cometa in inicio causatus
ex conflacione septem constellacionibus et influencys syderum
vz coniunctione martis et veneris in ariete gradu 9o
que fuit die 3a may preteriti Et quia mars est calidus
et siccus et signum arieticum calidum et siccum et est
domus martis et exaltacio solis ac solus triplicita-
tis et recepcio fuit fortis inter eos Et tunc
Jupiter erat in signo geminorum circa finem et sol in 2o
gradu thauri et mercurius in signo geminorum 13o gradu-

et luna ipsima facie thauri in venus exaltatione et saturnus
retrogradus in signo igneo in domo iovis in exalta-
tione caude draconis appropinquans dicta coniunctio de termino
Postmodum secuta est die 13a may oppositio saturni et
solis in exaltationibus capitis et caude draconis
Postmodum die 20ma may secuta est coniunctio mercurij
retrogradi cum sole in signo geminorum in termino veneris
Sed postquam mars in thauro applicant ad locum lune
in coniunctione predicta et adsecuti sunt sextilem iovis exi-
stentis in cancro in exaltatione sua et in termino martis
et sol applicant ad locum iovis et venus applicant
ad locum solis et saturnus iterum se mutavit retro-
grando de signo igneo ad signum aqueum in domo et
termino martis cum magna coniunctione se mutat de signo
in signum apparet a sub qui ignea in aere etc
Tunc incepit apparere dicta cometa et propter applica-
tiones et velocitates motuum dictorum planetarum in-
flammatus et ignitus est aer cum vaporibus raptis in sub-
limiori parte aeris ita et talis quod tales est iste
cometa Et quod ista coniunctio cum aliis super dictis
fuerit causa istius comete multis rationibus probatur Et
[illegible] maxime quia ubicumque sit iste cometa eius cauda
vel coma seu crinis se vertit seu extenditur versus
locum martis Et ista flamma seu fumus vel cauda
cum eius corpore non est nisi impressio vaporum elevatorum
immixtas caloribus nimia in eo et consumat eius lumen
cum luce ignis superioris Et quod sit ignis et vapor
sublimatus sit probatur In omni re complexionata
reperiuntur sub res spirituales separabiles a rebus

complexionatas partes corporum celestium Unde sicut hec se-
parata relinquunt res complexionatas in forma ut corrupti-
biles aut(em) huius mundi sunt faciliores et resolubiliores
quam partes rerum complexionatarum licet totum in mundo sit incor-
ruptibile secundum philosophos quelibet tamen corpora complexionata
sunt corruptibilia Ex hiis patet quod cometa quia est ignis subli-
matus a parte mundi corruptibilis signum est precedentis sub-
limationis et separationis rerum spiritualium in corporibus
rebus complexionatis et assimulate rei in natura spirituali
quia super signum est informationis et corruptionis rerum
complexionatarum quibus dominatur planeta cuius natura assimilat
eam nisi Ut puta si fuit eius de natura solis vel eius
stelle sublimavit eam et separavit ab aliqua terrestri
separabit spiritus qui est in corporibus complexionatis assimilatis
nature solis Et esset in firmamentis aut … in hominibus
et animalibus et sementis quibus sol prius dominatur Similiter
si fuit cometa de natura martis detrimentum patientur et
… res martis Et similiter de aliis rebus … planetis
Ex hiis satis patet quod cometa cum apparuerit signat in
mundo multos effectus mutabiles Et sic signat
cometa sic et omnes stelle quia apparent maxime in
magno motu habent … super aera mundi Et dicit
Ptholomeus in centilogio propter hoc quod cometa et scintillaciones
et stelle cadentes signant siccos vapores Que ex
superius allegatis evidenter apparet qualiter disponunt inferiora
et ex hoc causant sterilitates et fames
et qualiter disponunt complexiones animalium et ex hoc
eveniunt infirmitates et mortalitates Et cum stelle
non sic conglobentur ut dictum est et solent petere superiora
et materia hominum et animalium sit tenerior necesse est

tercia conclusio elevatus est et voluit subito se ponere
superbie et dominari et tunc fuit plena infirmitates et
seditiones et regnorum mutaciones et hec satis declarat
ad 3m iste cometa etc. Ad 3m aut quid indicaverit dicitur dico
quod ipse cometa indicat multas egritudines et mortalitates
et fames et mortes puerorum aborsus pregnantium et mortem
avium et veniet tonitrua et coruscationes multe Et
multi calidi venti corruptores facti et terremotus
et sonitus aeris cum ventis repentinis et signat
captivitates et sterilitates in terris et magnam deiectionem
et interfectionem religiosorum et fidei quod affirmat coniunctio
precedens in signo geminorum quod fuit tertia domus in coniunctione
magna precedente que fuit in principio arietis Et magna coniunctio
magna precedente que mutavit triplicitatem et martis
almutaz dicte coniunctionis magne indicata coniunctione in 3
opposito gradu comete quod domus signat superstitionem de
fidem et religionem Et quia quando incepit apparere sol
erat in geminis signat multos magnates et dominos
cadere a dignitatibus suis Interfectores regum et dominorum
et eo forcius de istis qui sunt de domo dominorum et
potentum et acuto tempore circa sunt elevati Judicium
experiencie istius comete in angulo medii celi quantum
medie parte martis et saturni in cancro et in eodem
angulo coniunctionis inferioris parte Jovis et saturni cancer
Et sibi caveat magnificus comes Urbini quia cometa apparuit
in angulo ascendentis sue nativitatis Et similiter sibi caveat
illustrissima domina consors illustrissimi ducis mediolani
cum signum geminorum est ascendens mediolanum quia angulus
ascendentis in nativitate illustrissimi ducis qui signat
ad 4m eius uxorem etc. Et est signum in quo dictus cometa ex
tendit vires suas etc. Et quia prima coniunctio arietis

velocius apparebunt eius effectus maiores rex egypti
et regnabit loco eius homo famosus Et erunt
infirmitates et mortalitates in terra persie Et erunt
magne rixe inter medios christianos et significat
multas guerras et mutationes regnorum et insurgent
heretici et pseudo prophete in [illegible] nova secta Et
hec secundum effectum apparebunt in medio et principio
magni anni usque gratia dei quia eius coma extendi
usque meridiem et eius effectus extendet in prussia
polonia ungaria et bulgaria et forte macedonia et usque
ad constantinopolim Et significat contra potestates residentes
in illis partibus usque meridiem Et forte aliqua pars predictorum
effectuum extendet ad partes medias ytalie et forte
usque romam et bene quod meridie non videat tamen ad nostrum
firmamenti zenith ytalia quod deus [illegible] una designet
omne malum indicatum auferre christianis et illis omne bonum
augere et confirmare Et hec magis apparebunt locis subiectis
signis predictis ut sunt egyptus alemania calabria
sardinia anglia [illegible] Tridentum firmum viterbium
[illegible] et mediolanum et [illegible] et sunt [illegible] et [illegible] u

Vigesimum capitulum et ultimum quantum durare habent super
dicta futura et quando initium habebunt Dico quod tunc habebunt
initium et eo maiore tunc medium augusti futuri et marcii
incipiet in signo in quo apparuit cometa Et durabunt
hii effectus ad minimum [illegible] futuri ut eo maiore quo usque
compleat quinto [illegible] et [illegible] in cancro quod indicabit et
influet alios effectus eo signum cancri sit exaltatio [illegible]
et defensio ac [illegible] Et hec dicta sufficiant de
apparitione istius comete ad laudem [illegible] dei amen u

Per me nicolaum de comitibus paduanum comite
et quinte in oppido montiss [illegible] indicata
Anno domini 1456 die [illegible] Junij u